



**D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto
mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, Nov. 1530

Quomodo gratia dei sit ca[usa] atq[ue] origo o[mn]is meritoriae
operationibus in nobis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55472)

ueritate intellectualium substantiarum infima est: secundum naturam maxime instabilis est at-
volubilis, neque in vno fixa manet, sed nisi custo-
diosissima affit custodia, vndiq; incessanter va-
gatur, nec aeterno illi immensoq; bono est inten-
ta, quinimo difficulter ad ipsum erigitur, facili-
ter vero atque repente ab ipso recedens elabit.

Cur hō qđ
que adeo
instabilis
sit,

Quomodo gratia dei sit causa, atque origo
omnis meritoria operationis in nobis.

Art. I I.



Vuemadmodum naturalium ope-
rationum principium natura est: sic
gratia diuina meritoriarum omnium
actionum causa est. Et sicut vnum
quodque naturalē suam operationē
expeditius fortiusq; exercet, quā fue-
rit in ipso propria sua natura vigorosior, atq; vi-
uacior: sic mens humana, quā in ea gratia dei maior
ac plenior fuerit, eo diuinis incessabilius intende-
re valet, & quae diuina sunt atque salubria, dele-
ctabilius & indefinētius implet. Dū vero in se-
metipsa, vel gloriari, aut confidere inchoat: pro-
tinus cadit. Deniq; gratia dei gratis infunditur,
infusa aut per sacras meditationes, & operatio-
nes bonas conseruatur, nutritur, incalescit atq; re-
dundat. Si vero negligentes, segnesq; fuerimus,
mox vbi minuitur, aut penitus perit: quā mortalis
culpa eā extinguit, venialis aut debilitat. Ideoq;
qui puritati studet, & gratiam dei in se conserua-
ri, augeriq; optat: summa eget custodia, ac solerti
labore, quia qui gratiam dei in se non auget, neces-
sario in breui eam minuit. Propterea sincere ac
fructuose conuersari desiderans, si non minimas cul-
pas uitet, doleat, & emendet: earundemq; insu-

Vnde gra-
tia vel mi-
nuat aut
prorsus ex-
tinguatur

per causas ac occasiones abscindat, atque
in vniuersis circumspicte, solcite ac timorate
habeat: confestim arescet: & qui a spirituali fer-
uore incepit, in carne: aut certe in ampliori pug-
tia, consummabit. Quonia itaq; omnis n̄ prole-
ctus ex gratia dei tanq̄ a fonte dependet, indefi-
nenter implorandus est deus: quatenus gratia
am menti nostrae infundat, eamque conseruet &
augeat: & data quoq; gratia diligentissime co-
stodienda, nec per inanē cordis effusione disper-
dat: et negligētiæ ac ingratitude ania rea fiat.

Ois pro-
fectus a
dei ē gr̄a

Quid sit illud vnum, quod Christus domi-
nus necessarium esse disseruit. Art. III.

VOD optimum est, & deo amplius in-
nobis placens: hoc vtiq; summe neces-
sarium est. Quid autem sit hoc, si inqu-
ras: responsiō diuersis modis, varijsque
nominibus, reddi potest. Veruntamen

in re ipsa vna est. Responderi quippe potest, quod
Luc. 10 charitas sit vnum, quod saluator necessarium in-
xit. Rursus dici potest, quod puritas mentis, seu
contemplatio dei, sit hoc vnum. Sed omnia hoc
rem vnam insinuant. Certum est enim id quod
summa atque finalis animæ perfectio est, id vnum
esse quod necessarium est. Charitas autem, seu

Sūma ho cordis mundicia, & contemplatio dei, vltima
mis pfe- hominis perfectio est. Vera nempe charitas puri-
ctio q̄ sit onum excessus excludit, & sine contemplatione
dilecti esse nequit. Ideoq; vnumquodq; trū ho-
rum alia duo complectitur. Nuda enim & im-
mis diuinorū agnitio, contemplatio dicenda nō
est: sed agnitio charitate formata, & cū affectu
inflammans, ipsa est contemplatio. Sic ergo cha-
ritas contemplationem, & contemplatio chari-
tatem